

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a  
[Joanne] Cuspiniano castigati cum ind**

**Florus, Lucius Annaeus**

**Vienne, 1511**

Bellvm macedonicvm secvn. Ti. XII

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

## LIBER

opimæq; præda Incubarēt: epulantes: ac ludibundos plerofq;  
aut ubi essent præ poculis nescientes. Appius Pulcher iuadit: sic  
cū sanguine & spiritu male partam reuoluere uictoriã. Ipse rex  
Apulo equo ipositus cum subinde crapula: & capitis errore lap-  
saret: captū sese uix & egre postquã exerectus ē didicit.

## BELLVM GALLOGRECVM. TI. XI.

**G** Allogræciam quoq; Syriaci belli ruina conuoluit:  
fuerant iter auxilia regis Antiochi: An fuisset cupi-  
dus triūphi Manlius: an eos inuisos simulauerit du-  
blum certe: negatus est uictori triūphus: q̄a causam  
belli nō approbauit senatus/ Cæterū gens Gallogrecorū sicut  
ip̄m nomen inditio ē: mixta & adulterata est: Reliquia Galloz  
quibus etiam Brēno duce uastauerāt Græciam: mox orientem  
secuti in media Asiã parte etiã sedere. Itaq; ut frugū semina mu-  
tato solo degenerant: sic illa genuina feritas eorū/ Asiatica ame-  
nitate mollita est. Duobus itaq; pl̄is fusi fatigatq; sunt: quãuis  
sub aduentu hostis/ relictis sedibus: i altissimos se mōtes recep-  
sent. Solostoglorū Tectosagiam infederāt: utriq; fundis sagit-  
tisq; acti/ in perpetuam se pacem dediderūt. Sed alligati miracu-  
lo quodam fuere/ cū cathenas morsibus & ore tētallent cum of-  
focandas inuicem fauces præbuissent. Nam Orgiagontis regis  
uxor a Centurione stuprū passa: memorabili exemplo custodia  
euasit. Reuulsūq; militis caput ad maritū suum rettulit.

## BELLVM MACEDONICVM SECVN. TI. XII.

**C** Vm alia: aliaq; gentes Syriaci belli sequunt̄ ruinã:  
Macedonia se rursus erexit: Fortissimum populum  
memoria & recordatio sua nobilitatis agitabat: &  
successerat Philippo filius Perse: q̄ semel in ppetuū  
uictã esse Macedoniam nō putabat ex gentis dignitate: multo  
uehementius sub hoc Macedones q̄ sub patre cōiurgunt/ Quip-  
pe Thraces in ultres suas traxerāt. Atq; ita industria Macedonū:

SECUNDVS.

uiribus Thracū: disciplinā Macedonicam tēptauere. Accessit  
 his consiliū ducis: q̄ situm regionū suarū summo speculatus He-  
 mo: positus p̄ abrupta castris: ita Macedonia suam armis: ferro  
 q̄ uallauerat: ut nō reliquisse aditū nisi a cælo uēturis hostibus  
 uideretur. Nā Marcio Philippo cōsule: eam puinctam ingressus  
 Populus Romanus exploratis diligenter accessibus p̄ Astrudē  
 paludem: p̄ acerbos dubiosq̄ tumulos: illa q̄ uolucris quoq̄  
 uidebant inuā accessit: regēq̄ securū & nihil tale metuentem  
 subita belli eruptione terruit: cuius tanta trepidatio fuit ut pecu-  
 niam omnē ī mare iusserit mergi ne periret: classem cremari: ne  
 A incendere. Paulo consule cū maiora & crebra essent īposita p̄si-  
 dta: per alias uias Macedonia depressa ē. Summa q̄dem arte &  
 Industria ducis: cū alias minatus: alias irrepisset: cuius aduen-  
 tus ipse: eo terribilis regi fuit: ut interesse nō auderet: sed gerēda  
 ducibus bella mādauerit. Absens ergo uictus fugit in maria: in  
 sulamq̄ Samothracem: fretus celebri regione: quasi tēpla & aræ  
 possent defendere: quē nec montes sui: nec arma potuissent. Ne-  
 mo regū diutius amissæ fortunæ cōscientiā retinuit: supplex cū  
 scriberet ad imperatorē: ab illo quo confugerat tēplo: nomenq̄  
 epistolæ notaret suū regem addidit. Sed nec reuerentior captæ  
 maiestatis alius Paulo fuit: cū in conspectu uenisset hostis ī tem-  
 plum recepit: & in cōiuiis adhibuit: liberosq̄ admonuit suos:  
 ut fortunā cui tantū liceret reuererent. Inter pulcherrimos hūc  
 quoq̄ Populus Romanus de Macedonia duxit atq̄ uidit triū-  
 phū: q̄ppe cuius spectaculo triduū īpleuerit. Prima dies signa  
 tabularq̄. Sequens arma pecunias transuexit. Tertius captiuos  
 ipm̄q̄ regē attonitū adhuc tanq̄ subito malo stupentē. Sed mul-  
 to prius gaudiū uictoriæ Populus Romanus q̄ epistolis uictor-  
 ris p̄ceperat. Quippe eodē die quo uictus est Perles in Macedo-  
 nia Romæ cognitū ē. Duo iuuenes cādidi eq̄s apud Iturnæ  
 lacū puluerē & cruorem abluebāt. Hi nūciauere. Castorē & Pol-  
 lucem fuisse creditū uulgo q̄ gemini fuissent: iter fuisse bello: q̄  
 sanguine maderēt: a Macedonia uenire: q̄ adhuc anhelarēt.